

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Rapina f
cum fonte primo

Si sterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet qui alienum tulerit, si semper ardebit qui de suo non dederit? Et si iudicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam, quale iudicium erit illi qui fecerit et rapinam?

Fulgencius tractans illud Matthei: Omnis arbor et cetera.

Quod si sterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet qui alienum tulerit, si semper ardebit qui de suo non dederit? Et si *iudicium sine misericordia* erit illi qui non *fecit misericordiam* (Iac. 2:13), quale iudicium erit illi qui fecerit et rapinam?

Fulgentius Ruspensis, *De dispensatoribus Domini*, 1, 5 (CCSL 91A, J. Fraipont ed., pp.891-2, ll.95-99).